

De Petronacio

Archiepiscopus XLVIII

Petronacius XLVIII. Qui juravit honorem Caroli Imperatoris. Hujus tempore Andreas, qui et Agnellus abbas Sanctae Mariae ad Blachernas, et Sancti Bartholomei floruit, qui composuit Codicem Pontificalem (qui fuit Ecclesiae Ravennatis Presbyter Cardinalis). Item istius tempore repertum est Corpus Beatissimi Maximiani Archiepiscopi Ravennatis Ecclesiae.

De Georgio

Archiepiscopus XLIX

Georgius XLIX. Populares Gazas omnes Ecclesiasticas confregit, cryptas dirupit, et thesauros praedecessorum suorum extractit. Et ut filiam Lotharii de fonte levaret, magnas opes exinde expendit. Eius tempore factus est meridiem Sol lenebrosus nimis per universum mundum usque ad horam nonam. Obiit die XXIV Januarii.

De Odeodato

Archiepiscopus LI.

Deusdedit quinquagesimus.